

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensa - Cod. St. Blasien 33 bis 37

[Pars IV] - St. Blasien 36

Rusconi, Bernhard

[Südschwarzwald, St. Blasien u.a.], [2. Hälfte 18. Jh.]

Mauritius Hohenbaum van der Meer, Millenarium Rhenaugiense

[urn:nbn:de:bsz:31-46582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46582)

Frontispicium
Etypon est, Ex lib. Evang. Saeculi Secimi. Ms. 17.

255

Millenarij
Rhenaugiensis
Saeculum II. III. IV. et V.

ab Anno Christi

CM.

usque ad annum

MCCC.

Adijciuntur ad hacten
Sigilla Antiquiora et Notabiliora
Archivij Nostri

Opera et Manu

P. Mauritij Hostenbaum

van der Meer. p. t. Prioris

Anno 1709.

Præfatio.

J.
257

Monendum iterum Lectorem putavi, ne omnia jam
 cæta et capedita in hisce sæculis à me expectet, mo-
 numenta enim, ut in plerisque antiquis, paucis Superfuit,
 quod præcipue contingit, ubi Chartularium nostrum
 desinit, nimirum post initium sæculi duodecimi, usq;
 ad finem decimi tertij. Quapropter tunc Chartas
 in margine designare capi, secundum numeros ordi-
 nis Diplomatici, quem jam describi curo. quod si
 aliquando nota numeralis desit, facile ibi poterit
 inveniri, cum Chartæ omnes secundum aetatum seriem
 distributæ sint. Ceterum animadvertit rarissimus
 Schoepfelinus ad initium suæ Historiæ Caringo-
 Dabensis, probe distinguendos esse historica veri-
 tatis gradus, ne cæta cum verisimilibus confundantur.
 Ad verisimilia cæta Sapius mihi confugiendum
 fuit, ubi cæta defecerunt, ita tamen, ut ea pro certis
 nolim obstrudere. Sed neq; panegyrici Majorum no-
 storum à me quisquam exigat, qui bene ex ratione
 nihil boni taceat, sed ut etiam male facta prodere
 non erubescat, quantum scilicet Philosophia Christi
 permittit.

Inspectum generalem Historiam nostram, si à me poscas,
 videbis, prospera adversis ita fuisse intermixta, ut vix
 sæculum aliquod efflueret, quo non Majoribus nostris
 cum extremis malis fuerit conflictandum. Sæculo
 primo Superiori vidimus, vix Monasterium à Fun-
 datoribus constructum, jam pane extirpatum ab
 inimicis hominibus fuisse. Sæculo Secundo, seu
 Christi X. videbis, inundatione Hungarorum tene-
 bris fuisse demersum; Sæculo XI. ab Henrico IV.
 eragratum: Sæculo XII. à Carinzburgensibus omni-
 bus irreparabili damno oppressum: Sæculo XIII.
 ex altera parte à Krenkingensibus Dynastiis occupa-
 tum. Nec deinceps Seculorum Tibi tempora promittas,
 ut enim Sæculo XIV. sub Illustriacis Advocatis nulla
 turba memorantur in Archivio nostro, Sæculo tamen
 insequente XV. Sulzenses omnes ferocia nihil, aut
 pacem Superioribus persecutoribus cepisse videntur.
 Sæculo XVI. qualiter ab Hæreticis, ejectis Monachis,
 vastatum fuerit Monasterium nostrum, notius est,
 quam, ut referre necessum sit. Recidit eadem
 clades Sæculo XVII. prætime elapso, gliscente inter
 Helvetios bello. Quæ demum præsentis Sæculo XVIII.
 insens mala, si præterita non sufficiant, Deus novit,
 et benignus avertat. Disposuit sane providentis-
 simum Numen ista res Bonzj nostri, ut ne nimium
 in Sæcularem potentiam, atq; adeo in fastum excess-
 -ceret-

quis nescit, primam esse
 historia legem, ne quid
 falsi dicere audeat, dein-
 de, ne quid veri, non audeat?

excescere potuerit, neq. tamen omnino malis succum-
beret. Sed iusta in mediocritate jugiter conservaretur;
eum alioquin à proportionem suam foundationis illu-
strissima hodie Monasteria facile antecellere potuisset.
Non adeo Subjecta vicissitudini Disciplina Regu-
laris, ut temporalis Substantia fuit; etenim fervor
primævus nondum barbarica vastatione extinctus erat,
ut non ad sæculum usq. undecimum perduraret; quo
ad finem vergente novis Stimulis per reformationem Hirs-
singensem accedentibus, vel inter Advocatorum perse-
cutiones sæculo XII. pulchrius enituit. Sed quod
Leuzburgenses non poterant, effecere Krenkingenses
in ipsum claustrum illata peste, ut jam sæculo XIII.
altam prorsus faciem Disciplina assumeret: quamvis
id non tam privato nostrorum vitio, quam univ. sa-
Ordinis Monastici coruptela adscribendum esse, ex
Trithemio constat, qui ad annum 1224 45. sequentia
scribit: Sicut in Monachis fervor s. conversationis illo
tempore omnino tepuerat, ita illis cultum divinarum
scripturarum studium sapiebat, unde propter nimiam
illius temporis Monachorum ignaviam, nihil aut
parum litteris invenitur commendatum, quod nobis ad
perfectionem historia nostra queat conducere, sed com-
pellimus necessario Hirsingensium opus gestis alie-
nis per seriem complurium annorum, donec reforma-
tio veniat, ornare. Hucusq. apposite in eam meam
Trithemius. Sane ob defectum propriorum documen-
torum ex alijs vicinis factis nostra conijcere uteriq.
compellimus. Non tamen omnino otiosas nostrate fuis-
se, tot MSS. ad Divinum saltem Opus pertinentia
demonstrant. Porro reformatio illa Bursfeldensis,
qua ad sæculum XV. Trithemium solabatur, nobis
tamen, licet conaretur, nondum profuit.

De sigillis, quæ ad calcem addidi, ne gratis id factum
quis putet, pauca monebo. Rarissima, et antiquissi-
ma quadam sunt, quæ tenetis obvolvi non debent.
Sane tria, Ludovici Germanici, S. Heinrici, Ottonum,
præcipue IV. obvia non sunt. Austriaca quadam,
Heergottus ex nostro Archivio nostro digna censuit,
quæ delineari curaret, operi suo Genealogico inferenda.

Progreßus sigulorum ex istis exemplis videri potest.
Antiquitus enim Supremi duntaxat Principes sigil-
la habebant, nec alia, quam illorum capitibus
signata, mox exhibebatur pectus, deinde umbili-
cus, postremo corpus intezum. Abbatum nos-
trorum sigilla hanc retinere formam, cum sæcu-
læres jam Simbola imaginibus substituissent
gentilitia primùm sæculo XIII. comparant ad
pedes, donec expirante sequenti sæculo etiam
ipsi veris Simbolis uterentur. Capituli signum
Befma Virgo

Chron: suo: Hirs.
fol. 578.

Præfatio

Betula Virgo erat, cuius Originale adhuc sub tri-
-bus clavibus conservatum jam quinque Saeculis an-
-tiquius. Salmo pro Simbolo Muzij primum
- Saeculo XIV. ad finem reperitur assumptus, proin-
-deq. piscis civitatis Rhenaugrensensis vetustior est.
- Cetera primum, plerumq. cum spice mixta, mox pura,
- deniq. Saeculo XV. crebra.

Unum adhuc lectorem precor, confusionem quam-
-dam in Historia hujus descriptione benignè excu-
-sare velit; dum enim materias separo, necesse est,
- ut à tempore recentiori saepe redeatur ad præteri-
- tum, quod nauseam quandam excitare potest.
- Verùm meminerit, me non tam oblectamentum, quàm
- accuratam rerum indaginem pro fine in hac lucu-
-bratione habuisse; unde relespi erat, Singula
- seorsim perstruati. Facile poteris, verudite
- consideres: jam ordine Chronologico ad oblectan-
- dum, si placet, res ipsas dispoñere. Vale.

fatio
men omnino malis
late jugiter conserv
ne sua fundationis
facile artecessere
itudini disciplina
ntia fuit; etenim
ica narratione ext
secum perduravit
ut per sermationem
inter advocatorum
ius enituit. Sed
t, effecere Keenling
esse, ut jam Saeculo
lina assumeret: quon
um vitio, quam un
la adhibendum est
num 1224, 46. sequ
vor. l. Conventus
ta illis nullum dir
edat, unde propter
um ignaviam, nihil
mendatum, quod
a queat conducere
uigensium opus gest
m annorum, donec
isq. appositè in cen
tam propriorum d
tis nostra conyere
niò otiosos noster
tem Opus perfect
matio illa. Duz
remium solabat
dum profuit.
addidi, ne quati
Nacibima, et
eis obvolvi non deb
nici, l. Heinrici
t. Austriaca qua
rio noster dicitur
i suo Genealogia
istis exemplis
duntaxat
m illorum capit
pectus, delicta
egrum. A
vere roman, can
i nibus sub
s XIII. comparat
equant. Saeculo
htur. Betula

Seculum Rhenoviense II. Christi X.
ab Anno 900. usq. 1000.

Caput I.

Evangelio secunda Monasterij, ejusque
reparatio

Ad initium hujus seculi nihil occurrit memora-
bile, praeter quamdam commutationem, qua facta
est anno 912. inter Rupertum Abbatem et Pabonem,
qui bona sua à Wolvino in pago Reggowe in villa
Hasela quondam accepta Munzio restituit, et in
vicem eorum alia accepit, in villa haud procul
disita, qua dicitur Osterfingen. Haselam cum
alijs villis Reggoria Ludovicus Rex Germania
Munzio año 876. donaverat: credibile est ergo,
Wolvenum Restauratorem nostrum quendam bona
ibi sita posterioribus annis Paboni tradidisse in
beneficium seu feudum, cum Pabo Wolvenum, se-
niorum suum, id est, Dominum seu Patronum in
hac Charta nominet. Illud etiam, quod Pabo per
hoc concambium recepit in Osterfingen, derivatue
pariter ex donatione ejusdem Ludovici, quamvis
postea, nempe Saeculo XII. Munzium à Berchtoldo
de Flacho alia bona in eadem villa obtinuerit.

Ceterum per medium Saeculum cessant Charta, et
subintrat bellona. inquieta enim cuncta hoc tempore
in vicinia nostra fuerunt. Nam primò Erckanger
et Berchtold Suevia comites, ex posteris Rulhardi
Fundatorum nostrorum Satoris, Salomonem Episcopum
Constantiensem ob villam Hamheim, qua primum
Chronie. Rhenaugia, deinde S. Gallo donata fuerat, persequunt,
Reginon. et año 914. in eodem loco, haud procul à Rhenaugia
disito, captum, in arce Buelteni includunt, caprop-
ter triennio post à sorzato asser capitis damnati.
Deinde Burchardus Dux Suevia año 919. teste
4 fol. 357. Heremano contracto apud Vitoduzum Rudolfum
Regem Burgundiae acie subegit: quam Cusius
eamdem victoriam ipsi Regi Henrico aucupi ad año
920. attribuat. Ipsi vero tumultus bellici in con-
finijs nostris sine perturbatione Munzj accidere haud
poterant.

Quod vero caput est, Hungari paulò post totam
Regionem igni ferreò, vastaverunt. Exstat in quodam
Mss. nostro disertatio non inelegans eodem Saeculo
decimo, ab auctore nondum comperto exarata, qua
docetur, nomen Hungari non à Hög et Magog, ut mul-
ti tunc credebant, sed à fame derivari, quod scilicet
famem teutonici In. fungen, quocumq. pervenissent,
relinquant. Habillonites ad año 902. fol. 558.
meminit

meminit hujus Epistola, eamq; attribuit cuidam Abbati
 S. Germani de monte Falconis: mirum! si Italus
 derivationem teutonicam adoptavit. Contra Wi-
 tichindus apud Heubezum refert: Scytharum popu-
 lum Hungaros, a quodam eorum Duce sic dictos, fol. 7.
 ab Hunnis, et hos a Gotis originem trahere; certum
 est, hos ad finem Saeculi praecedentis ab Henrico Im-
 peratore contra Bohemiam suam adscitos, acerri-
 mos totius Imperij hostes per medium Saeculum existisse.
 Nam anno 901. vastavit Dugobuediam, 907. Bavariam,
 908. Saxoniam et Thuringiam, 909. Alamaniam,
 915. Suldiam usq; pervenere, 917. Basilea incensa
 Alamaniam depopulantur, 925. orientalem Franciam
 adoriantur; ut caeteras invasiones sileam; donec
 tandem ab Ottone Magno assistente S. Udalrico
 apud Augustam anno 955. ad interuentionem delati
 sunt: quae omnia ex Reginonis Chronico, alijsq;
 coevis authoribus constant: iidem cum Hermano
 testantur, Martyrium S. Wiboradae apud S. Gallum
 praedicto anno 925. contigisse; unde Constantia
 frustra obsessa totum Aetheni tractum Basileam usq;
 vastarunt: qua procella necesse fuit, nostram quoq;
 Insulam in ipso Aetheno sitam penitus fuisse ab-
 septam. Sicut quidem acta nostra, sed ipsum
 silentium satis acie euinam declamat, nullis do-
 cumento usq; ad annum 903. relicto. Wulfstius
 apposite loquitur: *28. Soll uirnuand stou nindun
 28. ihou dra umbhrofung Augst, ghrif so wost, ad
 androu l'rtou, knut souderbafer historien zu
 finden, wileru Disib riu grunber laude. Hrodr-
 lung grunprou, Id uandigltig mit sif p'p'et
 zu Hru g'f'abl.*

fol. 81. Chron. Basile.

Authimus Ec. Richardum Juniozem de Luo S. Galli
 Anzic hanc tragediam exhibentem, qualem in
 nostro quoq; accidisse judicare possumus: ante ego:
 Ungri auditis tempestatibus regni, Noricos in-
 spidi invadunt, et vastant, Augustaq; diu obsessa
 precibus Uodalrici Epi, Sanctissimi quidem inter
 omnes tunc temporis Viri, repulsi, Alamaniam
 nemine vetante furmatim pervadunt: pergit
 deinde narrando, qualiter Engilhardus Abbas
 San-Galensis armatis fratribus ad suorum secu-
 ritatem arcem ad fluvium Sinteriam, postea Sax, in notis
 et Abbatis cella, Aete Goldasto dictam, tumultua-
 rio opere excitari, munieriq; fecerit, in quam,
 irruentibus jam prope Baebaris, cum thesauro
 Ecclesiae omnibusq; monachis, unico excepto fatuo,
 qui ob corium ad consuendos calceos sibi denegatu,
 fugere volebat, sese contulerit, senibus et infan-
 tibus Waszebuegi inclusis. Postea Baebaros
 adventantes his verbis describit: ingruunt tandem
 pharetrati illi, pilis minacibus et spiculis asperi,
 locum omnem prescruantur solliciti, nulli stanti
 aut atati, certum est, misereri.; quibus subjungit
 totum

6.
262

tantum aedificium fuisse molitos incendere crematis
valvarum postis, licet divina protegente manu, in-
-cendium relictis fumi vestigijs illico subsederit.
memorata subinde S. Wiborada passione, ait, Hun-
-garos incensis ad S. Gallum domibus, viam, qua
Constantiam ducit, abijisse: tunc, inquit, villas
proximas incurrentes investigant, et rapiunt, cu-
-taq., qua proteceunt, aedificia exurunt. Constantia
quidem intus armis defensa, foris vero muros suis-
se crematos. Augiam subductis navibus perstitisse
incolumem, in quam San-Gallenses codices suos ser-
-vandos intulerant; quamvis quaeratur, non integram
eorumdem numerum fuisse restitutum. Ne tamen, cam-
-dem fortunam Insula nostra favisse, quis putet, scribit,
Hungaros nemum omnia igne cadibusq. pervadentes
devolutos ad Sechingensem S. Crucis locum ea utraq.
Rheni ripa constitisse, pontem navibus junctum, nisi
quidam Vie Azevius Hizinges cum suis eos, qui ex
Sechingensi parte erant, subito invasisset, trucidatis
pluribusq. praeter eos, qui Rhenum fuga transnaverant.
Postremo, navibus, inquit, Ungeri de Schwarzwalde
multis praevitis in Alsatiam ipsi priore suas legiones
transportant, qua vastata et cremata Hochfeldi montem
iuxtaq. Sylvam festinantes transeunt. Vesontium veniunt.
Similia tandem, eodem referente fuit Tragedia per Con-
-radum Regem Burgundiae, dum Saracenos ex altera
parte Regnum infestantes opportunè contra Hungaros
excitavit, quibus mutua laede se necantibus, ipse Super-
-veniens utrosq. delevit.

Ex praesenti Ekhardi descriptione de Stuzij nostri fato
dubitare non licet; quis enim credat, Hungaros hac via
per Rheni tractum transeuntibus, et Stuzijs specialiter
inhiantes, Cenobium tam insigne intactum reliquisse?
a Constantia certe Sechingam usq. omnia igne cadibusq.
pervaserant, proximas quasq. villas investigantes, nec
Rhenaugiam in medio sitam poterant praeterire,
qui ipse non alia via usi, praeter eam, quam Rheni
deflexus demonstrabat. Nec naves in Rheno, teste Ek-
-ardo, ipsis decerant, quas in lacu Augiensi subduxerat,
quin imò novum Stuzium huic tempestate omnino suc-
-cubuisse ex letali silentio argui posset, nisi ex seque-
-ntibus hactenus constaret, Monachos jugiter fuisse su-
-perstitos. Sanè Diplomata, Chartae, et dilices non
solum Superioris saeculi, sed etiam ad initium pra-
-sentis certo conscripti demonstrant, eosdem cum rebz
pretiosis sacrisq. reliquis fuisse in loco tuto conserva-
-tos, quod ad exemplum aliorum Monachorum nostri
quoq. Monachi indubie fecerunt, nam et frequens
Barbarorum reditus ea monebat, nec ignorabant, eos
lotis tutis non imitari. redibile est ergo, Rhenau-
-gienses fuga dilapsos postea in loco redijisse, et forte
cum Superbo Abbate adhuc Superstite ruinas reparare
molitos

molitos, quo tamen Abbate defuncto rebus ferme despe-
 ratis Monachi nostri S. Onzadi tunc Epi, et Fundato-
 rum nostrorum propinquui, utpote Wolveni Restaura-
 toris nostri nepotis, aut pronepotis auxilium implo-
 raverunt, qui omnem industriam suam impendit,
 ut Monerium denuo restitueret. Fuit S. Onzadus in
 Epum creatus ano 935. quando vero Monerium nrum
 regendum suscepit, non constat: certum est, ano 963.
 Administratorem nostrum fuisse, ut patet ex donatione
 Thoctonis, qui in favorem nepotis sui Wispreti monachi
 ad mensam Fratrum quoddam praedium cum insigni
 annua pensione in Trullinhova donavit coram presen-
 tia Romani Onzadi Epi cum consensu Monachorum.
 Et hic Thocto est unicus huius Saeculi benefactor,
 cuius memoria ad nos devenit ideoq, eo pluries asti-
 mandus. Nam S. Onzadum potius Restauratorem
 secundum convenit appellare. Praea haec tempora S.
 Udalricus S. Onzadi, ac Fundatorum nostrorum cognatus,
 eundem S. Epum in vicino castro lausen, foete adhuc
 Monerio nostro subiecto, convenit, ubi animas piaculares
 suis sacrificijs liberasse perhibentur: nec dubium, quin
 vicini nostri Monerij meminissent, et fortasse ipsi invi-
 serint, certe pijsima consilia de restaurando penitus
 canobio contulerint. Fuit ano 1210. utriq, huic sancto
 specialis quadam Ecclesia in Insula nostra erecta,
 atq, a Onzado altero Epi Constantiensi dedicata, ex quo
 constat, eos ut Speciales Monerij nostri Patronos singulari
 honore cultos fuisse, quorum festa, viz facta canoni-
 catione in omnibus Kalendarijs nostris memorantur.
 Ut autem restauratio a S. Onzado facta firmiter confi-
 deret, idem Sanctus amplissimam facultatum ac privi-
 legiorum confirmationem ab Ottone Magno ano 973.
 obtinuit: sic enim Imperator ipse testatur: Venerabilis
 Constantiensis Ecclesiae Epus Onzadus nostram implo-
 rat serenitatem... cuius petitioni assensum praebentes,
 simulq, piorum constituta super immunitatem sancti loci
 perpendentes, praecipimus et statuimus, ut praescriptum
 Canobium ex immunitate subsistat, sicut Cartarum testus
 eidem loco conscriptarum enumerat etc. Opportune
 occurrit, quod Siebertus Gemblacensis ad annum 900.
 de Ottone Magno scribit, et Restorationi Monerij nostri
 apertim convenit: Hoc tempore per industriam Otto-
 nis Imperatoris meliorato Imperij et Ecclesia statu
 multa Moneria et canobia ad laudem Dei et honorem
 Sanctorum aut restaurantur aut ampliantur, aut ad-
 ficiuntur. Neq, hoc Diplomate contentus S. Onzadus,
 cum Otto Magnus paulo post discessisset, ab eius Filio
 et Successore Ottone II. ano 974. Similem immunitatum
 confirmationem impetravit, quae ferme ysdem verbis
 concepta est. Sigillum vide ad calcem huius Tomi Tab. I et II.

VII. f. 121.

Caput II.

Caput II.
Advocati Monasterij
Seculo Secundo

Eandem distinctionem, quam in priori. Seculo assignavimus ulterius retinente, Advocatos primum Supremos Monasterij nostri, deinde minores, seu ordinarios adscribemus. Itaq;

XXIII. Ludovicum dictum Infantem Arnolphi filium, ejusq; in regno Francia Orientalis aⁿo 900. Successorem, agibilem est credere, fuisse Supremum Monasterij Rhenan-giensis Tutelarem, ejusq; namq; mentio fit in. Ms. quoda coeuro dicto, S. Gregorij Sacramentario, ubi ejus nomen sequentibus verbis exprimitur. in Missa tempore Synodi pro Rege dicenda: Omnipotens sempiternus Deus, qui famulum tuum Ludovicum regni fastigio et. item in alia Oratione: Omnip. Semp. Deus celestium terrest-riumpq; Moderator, qui famulum tuum Ludovicum et. Hunc ergo, pro quo in divinis officijs preces fundebam, Supremum Advocatum agnoscebant hostes.

XXV. Conradus Ludovico post decennium. sicut in regno, sic in Advocatia successit, cujus nomen Charta Babonis adscriptum sic legitur: Anno ab Incarnatōe Dni MCCCXII Regni Chōnradī Regis I. Anastasij vero II. Papa I. men-
-se Octobri die veneris. Electus fuit Conradus ad finem anni 911. eodemq; Anastasius tertius, non vero Secundus ut saepe in his errat descriptores Chartularij. Hunc

Henricus Auceps excepit aⁿo 919. Rex Germania, seu etiam Romanorum, licet coronam Imperij Roma non acceperit, neq; ex critico illo tempore diploma ali-quod vel Charta ejus nomine signata Superstet. Rex quidem laudatissimus, sed in vicinia nostrā parum notus, nisi dum aⁿo 920. Regem Burgundia prope Vitoducum acie subegit. Cui

XXVI. Otto Magnus successit aⁿo 935. qui Supremam Advocatiam suam sequentibus verbis dato Diplo-mate declarat: ut idem Monasterium cum personis sibi cohaerentibus, terris quoq; cultis et incultis post Deum et Sanctos ejus nostro nosceremq; Successorum muni-cipatui subiectum, nullius Superioris aut inferioris persone difficultate turbetur; ... igitur, ut praedictum et. ubi nostrae fuitiois immunitate locus praenotatus subsistens ab omni et. Datum est hoc Diploma aⁿo ab Incarnatōe 973. XV. Kal. Sept. id est, die 18. Augusti; ergo Otto non hoc, sed sequenti aⁿo, nonis Maij, id est, die 7. ejusdem obiit, prout cum Ur-spurgensi, et Alberto Headensi. demonstrat Custus, affertens aliud Diploma Epō Cuiensi, eodem die et aⁿo, eodemq; loco, nempe Constantia datum. Sane cum ipse Bucelinus, alia's contraaria opinionis testetur, Ottonem aⁿo 973. Constantiam venisse, id non poterat maturius contingere, cum Otto celebrasset Pascha

Hoc Diploma refert
Langius germanicē
P. I. fol. 374.

Pascha Quintilebuegi, Ascensionem Mre: seduegi, et Pentecosten, qua incidit in 10. Maij, Minicvrij. Sic equeie more suo defendit hanc Chronologiam R. P. Weiboldus, addens indicationem XV. non secundum computum Pontificium a Kalendis Januarij, sed a sacru que Constantiniana dicitur, ab 8. Kalendas Octobris seu a die 24. Septembris numerandam esse.

Othonis II. Diplomate simili Advocatia. Super Monerium nostrum demonstratur, quo eadem Imperialis iuris iisdem pane verbis exprimitur. Datum est hoc Diploma non diu post mortem Patris, scilicet, 4. Kalendas Julij a no 974. Wormatic a no Regni XIII. Imperij VI. ubi a ni regiminis desumuntur ab a no 961. quando Otto II. a Patre in consortium regni admissus. Refere hic jurat Diploma Othonianum inter omnia primum, quod ostendat Patres San. Blasiani, in quo libertas Cella Alba his verbis exprimitur: ab omni hominum potestate liberam fecimus: qua utiq. praecedentem susceptionem videntur supponere. Sed non conveniunt isti Viri eruditissimi, utrum istud Diploma ab Othone primo vel secundo fuerit datum: adscribitur a no Incarnati 963. Regni 26. cui si fidentum, sine dubio illius Autho erit Otto Magnus, ut vult R. P. Hugo in sua diatriba: e contra R. P. Herrgottus substatuere mavult Othonem secundum et a no 983. Nam suspicatur casuam ac correctionem passum fuisse Diploma, ea valida ratione ductus, quod subscribitur Hildeboldus Epus et cancellarius vice Willigisi Archicancellarij, cum tamen constet, eo tempore, nimirum a no 983. Willigisum nondum fuisse vel Archiepiscopum, vel Archicancellarium; cetero in nostris Diplomatum utriusq. Othonis subscribitur e contra Willigisus cancellarius in vicem Rupesti Archinotarij. ex quibus totum Diploma San. Blasianum creditur suspectum; si ve enim Otto primus si ve secundus producatur, non videtur convenire cum Diplomatum nostris, in quibus idem Imperatores confirmant, et ad omni difficultate etiam Inferiorum tuentur Monerium nostrum, cum omnibus sibi coherentibus terris cultis et incultis ad se juste donative, ac legaliter pertinentibus, qualis erat Cella Alba, a Riginaro sub confirmatione Ludovici Regis Rhenangia donata. Probabilis quidem est conjectura, occasione vastationis Hungarica dismembratam fuisse Cellam illam, sed tamen hactenus nondum sufficienter demonstrata. Tota pendet ex demonstratione istius diplomatis San. Blasiani, quod si authenticum est, negari vix potest, curren te hoc saculo factam fuisse dictam separationem, si ve deinde sub Othone I. si ve II. viginti nimirum a nis prius aut citius, pacum refert.

Herrgottus absentis
Herrgottus ta. 1.
2ar. fol. 100.

II.
Monasterij
cundo
in priori sacro
Advocato primario
minores, seu ordinari
tem. Annoti fiam
a no 900. Succes
vremum Monerij
mentio fit in
ramentario, ubi
u. in Missa tempore
ofens. Semper
in regni fastigio et
mp. Deus
lum tuum
nis officij p
pcebant nos
decennium. Sicut
us nomen Char
no ab Incarnati
nastij vero II.
tus fuit Conca
us tertius, non
ptor Charularij
it a no 919. Res
iet coronam
o illo tempore
Signata Super
in vicinia
Regem. Durgu
Cui
a no 935. qui
us verbis
rium cum
et incultis
rum, succ
superioris
... ipse
munitate
tum et hoc
al. Post. id
sed sequenti
em obijt, p
dense dem
bo Curien
in Antia
is confes
fij de, cum

* Quintilij castea à
tempore Augusti dicta
Ishud. p. 1. f. 36.
Sigillum vide in fine.

Sec. X. Cap. 2.

Otto III. Secundi filius in Regimine et tutela Moneij
subsecutus est año 983. cuius Diploma exstat datum
Quintiliburgi año 995. quo mandat restituendum. Moneio
quidquid Epus Constantiensis Gebhardus de bonis illius
hactenus usurpaverat. Res aliunde, quam ex hoc Diplo-
mate comperita non est: fuisse autem possessionem amplis-
simam textus ipse demonstrare videtur; quomodo enim
pro exigua terra portione necesse fuisset Quintiliburgi
Imperatorem adire? quomodo Supremos adhibere interces-
sores Mathildam Imperatoris Amitam Suedinburgensem
Abbatissam, Willigisum Archiepiscopum, primumq. Electro-
rem Moguntia, et Hildibaldum Reverendissimum Prasu-
lem Wormatiensem? certe ipsa hac expressio omnem illam
terram, quam Epus usurpative tenuit, tractum satis mag-
num proloquitur, maxime, cum Caesar Archiepos, Epob,
Duces et Comites ab illa arceat, et Dannum centum librarum
auri optimi in contrasfacientes decernat: ridiculum enim
foret, pro re modica tantam minarum copiam profunderet.
Sed, quanam quaso, illa terra fuit? forte cello libba, quae à
Moneio separata, et postea ab Epis Constantiensibus infestata
fuit, quamq. Gaminolfus medius inter S. Conradum, Sanctum
Gebhardum, Epus dedicavit? Sed hanc restitutam fuisse non
constat. Forte Dynastia Rauffensis? quam S. Conradus in vi-
sit, et inter primarias Moneij fundaciones numerabatur; pa-
riter nihil constat de restitutione: credibile nihilominus est,
fuisse quadam bona, quae prius Rhenaugia fundata, postea
in Constantiensium Eporum potestatem venerunt, quae illa
suerunt. Kamhemium, Costetten, Rafts, Canzwisen, Taltstain,
ubi defacto adhuc jurisdictionem emercent; licet enim resti-
tutio facta non fuerit, aut minus constanter à Constantien-
sibus observata. Novum enim non est, praeccepta Regia ex-
cutione, aut effectu maxime contra potentiores casuisse.
Existimat R. P. Geroldus, hanc usurpationem ab eo tem-
pore fuisse derivatam, quando S. Conradus Moneij admi-
nistrationem suscepit, ejusq. bona, quasi propria curavit,
ac cum bonis Episcopatus quodammodo confudit: unde con-
tingere poterat, ut restituito ipso administrante Moneio,
non statim omnia separata fuerint, maxime cum idem
Sanctus paulo post nimirum año 970. beata morte dece-
ssit: quapropter ejus successor Gaminolfus à monachis
qui Wipertum elegerant Abbatem, exclusus, et post eum
S. Gebhardus, quosdam possessiones nemine forte obsisten-
te retinuerint, quousq. Notkerus Abbas, S. Gebhar-
do defuncto, ab ejus Successore, Camperto, Monacho
quondam Petershusiano, coram Imperatore oblatus
possessiones repetijt. Otto III. regimen cum vita de-
cessit año 1002.

Advocati inferiores, seu Ordinarii hoc integro
saeculo in Haetis nostris, quorum defectus hoc tem-
pore maximus, duo tantum memorantur, scilicet
Hildebrandus in comutatione Padonis año 912.
et Engilboldus

et Engilboldus in donatione Theotoni anno 903.
 Num sic exprimit Pabo: cum Rectoribus Monachij
 quod dicitur Rinawa, id est, cum Rupereto Abbate,
 ejusq. Advocato Hildebrado. Hunc vero hinc pro-
 loquitur Theoto: In presentia populi, et idoneis
 testibus, et Engilboldo Advocato. Cujus vero Sematis
 et conditionis fuerint? hactenus incomperum, maxime cum
 presenti saeculo nomina familiarum nondum fuerint usi-
 tata: certum tamen est, fuisse viros potentes in vicinia,
 quam conditionem requirunt Diplomata de Advocatis lo-
 quentia. Nec dubium, per integrum hoc saeculum plures
 ejusmodi Advocatos fuisse Substitutos, quorum tamen no-
 mina ex defectu documentorum ignorantur.

caput III.

Abbat. Saeculi II.

VI. Rupeatus.

Post initium Saeculi hujus Rupeatum Abbatem fuisse Monachij
 nostri constat ex Charta Pabonis data anno 912. ubi refertur
 concambium factum cum Rupereto Abbate, utiq. Muric uti-
 le: caetera hujus Abbatis acta plane defuncta: unde conijcere
 licet, eum infra illa tempora vastationis Hungarica ati-
 gisse, qua monumenta nobis omnia denegant; maxime
 cum ejus praedecessoris Godberti II. regimen, usq. ad primor-
 dia hujus saeculi sese extendisse videatur: certe anno 885.
 sub Wichramo Abbate Rupeatus nondum erat monachus,
 cum ejus nomen in Catalogo San-gallenfi desideretur;
 Superfuit tamen Homilia Pateum, manu ipsius Rupe-
 ti scripta, de quibus infra in Ms. CI. Mirari hic subit,
 quare idem ab Analistis nostris alio nomine vocetur,
 Redeperetus, cum in Charta Superiori expresse vocetur
 Ruperetus, vocali u. Super o posita, ut pronuntiari debeat
 secundum dialectum eo aro usitatam Ruopertus, aut
 Ruadperetus, id est, vel Rupeatus vel Ropertus, quae eadem
 sunt nomina. Similiter hallucinatus ille, qui putat,
 hunc Abbatem eundem esse, qui in columna quarta San-
 galenfi ponitur quartus Ruadpoldus, quod Albam
 faminam ad latus Nitam habeat; neq. enim vel locus iste
 huic Abbati congruit.

VII. S. Conradus

Episcopus Constantiensis.

Hunc S. Antistitem Rhenaugia Administratorem fuisse
 supra vidimus, nec immerito proinde inter Abbates honoris
 nostri causa collocandus est, licet neq. monachus, neq.
 Abbas regularis eversa fuerit. Ultimuz eodem jure, quo
 Campidonenses, qui S. Udalricum inter Abbates suos nume-
 rant, quod post crematum ab Hungaris Monerium omnem
 operam pro reparatione impendebat. Sed neq. alienum
 i moribus illius avi fuit, quod Episcopi, et nominatim
 Constantienses

XXVI.
XXVII.

Constantienses, administratores et Abbates Monasteriorum constituerentur: certe in Chartis et Diplomatis hujus temporis mentio sicuti S. Benedicti fit ac monachorum, nullius vero Abbatis Regularis, cujus nomen aliud sine dubio fuisset insertum, nec opus fuisset novam facultatem pro eligendo Regulari Abbate perquirere. Acceptavit S. Benedictus unatum monachis insignem donationem Theotonis, qua singulariter in favorem conventus facta fuit, cum bis in eadem Charta exprimat: ad mensam monachorum, ad mensam fratrum; pro quibus proinde ille Sanctus precipue paternam suam sollicitudinem offendit. Neq. propria auctoritate Abbatiam usurpasse credendus est, quin potius a monachis expetitum fuisse, colligi potest ex eo, quod re egregie restituta, in confirmatione privilegiorum generali, quam ab Ottone Magno, occasione usus, dum Imperator a. 973. Sclaviam adventasset, suo interventu impetravit, nominatim exprimi fecerit, liberam facultatem eligendi Abbatem; secundum Regulam S. Benedicti Abbatem inter se eligendi. Neq. hoc contentus, decedente paulo post Ottone III. sequenti anno ab ejus Successore simile Diploma obtinuit, ne scilicet ingravescente jam propria aetate alij Episcopi occasionem caperent Mutium usurpandi; non potuit tamen precavere, quin magna

Veri Mutij nostri pars honorum ab ipso retineatur.
Restaurator secundum quem titulum emere feci studuit, quod Fundatorum nostrorum nepos existit.

VIII. Wipertus.

S. Conrado a. 970. in calum assumpto, seu potius ipso adhuc inter vivos agente, electus est a Fratribus in Abbatem Wipertus jam monachus nominatus in Charta Theotonis a. 963. cujus erat nepos ex Trullinkova. Is primus interpolatus fuit Catalogo San-gallensi sub nomine Wipract, id est, Wiprast, nam litteram c veteres cum sibilis efferebant, prout nos litteram s. pronuntiamus. Interpolatio porro illa in dicto Catalogo S. Gallensi necessaria erat, cum columnæ tres priores saltem, jam alijs nominibus replete essent, nec proinde Wiprastus aliter adscribi potuit, sed neq. debuit, quam ad latus immediate sub Singoldo monacho, qui primaria manu ultimus inter Rheingaugenses sub Wichramo erat conscriptus: diu tenere clavum Wipertus non potuit Benefactoris nepos, et ipse Benefactor, no

IX. Sigehast

Circa annum 980. renovata cum San-gallensibus confraternitate, prædecessorem suum eorum Catalogo inscribi fecit, post quem statim ipse his verbis notatus fuit: Sigehast Abba. quin et fratrum suorum, quamvis paucorum nomina inscribenda transmisit; quos tamen augere omni studio curavit, ut ex sequenti Catalogo patebit. Decennio circiter in regimine transacto locum cessit

X. Adalberto

Qui circa a. 990. jam pedum gestabat, adscriptus eidem Catalogo post columnam tertiam sub nomine Adalbract Abba id est, Adalbrast Abbas. Item abbas notatur in altero Mss. San-gallensi

... Tabul
... ad diem 20
... nullus ex con
... primam
... integre
... et
... censu
... amio
... ubi
... quib
... inter qu
... co
... dedit
... cap
... po
... aliquid
... t
... pue
... eru
... tu
... dicitur
... quoy
... Adelber
... 990
... de
... cum
... m
... alendario
... alt
... Characte
... indicare
... se
... scrip
... etiam
... notat
... per pun
... exemp
... cum
... notat
... pisse
... interfect
... itate
... nom
... p
... re
... re
... Imp
... det
... mate
... S. Na
... colu
... qui
... notat

Gallensi, seu Tabulis defunctorum: Adalbertus Abbas de Ri-
nova ad diem 26. Aug. Brevisimum eius regimen instituat,
 cum nullus ex conventu ei adscribitur, cuius ratio esse pote-
 rat, quod primum sub eius Successore fuerit notatus, qui se
 pariter cum integro conventu inseri curavit. Nec solum breve,
 sed et inquietum et periculis plenum eius regimen fuit: nam
 cum rustici census annuos Monasterijs ac Nobilibus persolvere
 venientes armis sumptis tumultuarentur, Nobiles e contra
 cum Abbatibus eos coercere satagebant. Ventum est ad pugnam
 supra locum, ubi postmodum Schaffhusium excreverat, in
 qua Nobiles plurima suorum nec ceuentam victoriam mee-
 cati sunt, inter quos nosse quoque Adalbertus abbas fuit.
 eorum corpora cognatis ibi agentibus in sacello erecto et
 S. Petri dedicato honorifice sepulta: jam tunc para-
 dyssi nomen coeptum imponi, quod crederent, et Parady-
 sum occisorum pro justitia animae susceptas fuisse: Gene-
 ficium pro aliquo seculo. Saeculari adjunctum erat, donec
 elapsis circiter tribus Saeculis in Monasterium S. Francisci
 seu S. Clarae puelleare excrevit. Deserunt haec sumisius
 Cusius, alijque recentium germanicarum scriptores: Adalbertus
 vero notum tunc occubuisse testatur Riconicon Einsiden-
 se, ubi dicitur: miserabiliter, scilicet a rusticis occisus:
 memorat quoque Mabillonius tomo 4. An. al. fol. 479. his
 verbis: Adalbertus Rhenangiae abbas miserabiliter oc-
cisus est a. 990: ponit viz eruditus numerum eorum dno
 cum addere debuisset Binarium: longius aberravit
 Bucelinus, cum id scribit contigisse a. 900.
 nisi forte sit mendum in impressis.

XXIV. 2. In alendario quodam Mss. ad diem 26. Augusti obitus
 Adalberti Abbatis hoc modo notatus: Adalbertus cy. abbas
dei Characteres multum negotij facessiverunt diversis,
 quod indicare videantur, hunc Abbatem fuisse tantum
 Convesum: sed non advertunt puncta substeata, qui-
 bus scriptor se errasse fatetur: cum enim multos cum
 hisce etiam notis convesi adscripsisset, per errorem
 easdem notis etiam huic apposuerat, sed correxit vel
 delevit per puncta, quod consuetum illa tempestate fuisse,
 plurimis exemplis ex nostris Mss. ostendi potest.
 Verum cum hoc seculo nullibi adhuc Convesorum mentio
 occurrat, roboratur, errorem scriptori quoad illas notas
 subrepsisse.

XI. Notkerus

Statim interfecto Adalberto Notkerum fuisse electum ex
 Diplomate Ottonis tertij dato a. 995. conicitur, in quo
 sequentibus nominatur: cui. Notkerus venerabilis
Abbas praesse videtur: is ipse enim erat, qui Ep. Constan-
 tienti fortiter resistit, bona usurpata repetijt, qua vissi-
 mum Imperiale praecceptum impetravit, ac utinam bona
 ipsa obtinuisset. Atque Abbas aliunde hactenus, quam
 ex isto Diplomate erat incomperatus, sed inspecto Origi-
 nali libro S. Gallensi, quem pro oculis habeo, eundem
 reperi ante columnam primam cum toto suo conventu ad-
 scriptum; quis enim alius ibi scriberetur ad Rhenovien-
 ses, nisi Rhenovienses? accedit, quod character sit ejusdem
 omnino manus

minimo manus, quæ Wiperctum, Sigehastum, et Adalbertum
interpolaverat. Evidens igitur est, Notkerum cum no-
mine prædecessoris sui totum conventum S. Gallensibus
ad inscribendum communicasse, qui commodiorem locum
pro Rhenoriensibus non invenerunt, quam ante colum-
nam primam, cum secunda, jam esset interpolata, ter-
tia autem et quarta Rhenoviensibus Religiosis non conti-
neret: Catalogum mox exhibebimus: *Res igitur*

Capitulum IV.
Monachi, et Fratres conscripti in
Sæculo Secundo

Quinam Religiosi in Anzico nostro sub initium aut
medietatem præsentis Sæculi vixerint? plane ignotum,
tum, quia monumenta nostra silent, tum quia in libro
conscriptorum Anzici S. Gallensibus à prima illa inscrip-
tione facta a. 865. sub Wichram Abbate, nulli amp-
lius nec monachi, nec Abbates usq. ad Wiperctum, qui
circa a. 914. electus fuit, inscripti reperiuntur;
certum tamen est, intra centum sexcentos annos plurimos
vixisse, maxime sub initium hujus Sæculi, nec unquam
monachos, vastata etiam Anzico per Hungaros, peni-
tus defuisse. Ademar Presbyter scriptor quatuor
Evangeliorum in Ms. 151. depictus, utiq. monachus
nostre hujus rei testis esse potest: itaq. præter eos ju-
niiores, qui ex conventu Wichrami usq. ad primordia
hujus Sæculi vixerunt, addendi forent illi, quos
Goëpertus II. suscepit, inter quos ipse numerat filium
suum Folkerum: deinde etiam à Rupecto et S. Conrado sus-
ceptos, licet appareat, post incursionem illam numerum
monachorum valde fuisse diminutum; Superfuisse tamen,
præter Wiperctum, qui monachus memoratur a. 963.
et Sigehastum, qui pariter ex monacho factus est Abbas sex
sequentes Religiosi, quos ipse Sigehastus Catalogo San-
gallensi inscribi fecit, quorum aliqui forte à Wipercto
fuerunt suscepti: nomina sunt ista:

- Odalkez
- Managolt
- Atberih
- Perihkez
- Wadalhart
- Engilscahl.

Hi ergo circa a. 980. aderant; verum paulò post insigni-
titer auctus fuit numerus. Nam præter Adalbertum et
Notkerum Abbates, quindecim sequentes recentez reperi
sunt Catalogo S. Gallensi sub Notkero ante columnam pri-
mam adscripti, qui cum quibusdam præcedentibus circa
a. 995. simul vixerunt, hoc enim necesse non erat eidem
catalogo iteratò inscribere: nomina quidem absisso folio
ex parte anteriori truncata sunt, ea tamen ex posterioribus
litteris aut certe aut probabiliter restituere conabimur

- | | |
|--------------|---------------|
| Volkez abba | Notker abbas. |
| Velkez p. b. | Albkez |
| delb. p. b. | Adelbert |

- | | |
|--------------|-----------|
| to. pzb. | Monachi |
| dalk' diac. | Ato. |
| netij diac. | Adalhart. |
| cidit' diac. | Snelgez. |
| rhtelo diae. | Kezolt. |
| delbr. | Pichtelo. |
| ezinger. | Adelbert. |
| Wste in. | Pringer. |
| Wipzact. | Röstein. |
| ol. kelo. | Wipzact. |
| to. | Folkelo. |
| igeboto. | Otto. |
| Reikho. | Sigeboto. |
| | Reikho. |

cum priores tres nota presbyteri officiantur, et sequentes item tres nota Diaconi, credibile est reliquos fuisse simplices monachos, aut forte juniores, nondum ad statum clericalem comparatos: nec improbabile est, althozum, qui primo loco post Abbatem ponitur, fuisse Praepositum, quod pariter de Supradicto Odalhero existimandum; cum et alia Abbatia hoc avo Praepositos habuisse, comperitum sit.

XXXV. fol.
257.

Ex his constat, post restitutum Monasterium confraternitatem quoque cum Monasterio S. Galli, quae decedente Wichramo interrupta fuerat denuo refluuisse, cum quatuor Abbates cum cunctis monachis nostris ad exitum hujus saeculi viventibus libro San-gallensi fuerint idati. Vicissim S. Gallenses in simili Fratrum conscriptorum libro Rheingauensi inscriptos fuisse non est dubium, hic enim in quodam MS. hujus saeculi libro vita nominatus: quorum nomina ad commemorandum in libro vita suscipimus; eumque saeculo decimo sexto fuisse ex monumentis constat; aliquod tamen similem libri fragmentum in eodem codice adhuc superest, in quo Norbertus Abbas San-gallensis adscriptus reperitur, aliq. sine dubio ex eodem Canobio; quod ex eo confirmari posse videtur, quia cum idem codex alius sit certo pro Rheingauensibus scriptus, tamen Festa San-gallensia singulaeque continet, quae proinde etiam a nostris speciali ritu culta fuerunt, sic enifestum S. Galli exhibetur cum vigilia et octava.

Nec verisimilitudine caret, eandem quoque Featernitatem initam fuisse cum Ario Augia Divitis, licet catolici utriusque desiderentur. Inprimis enim in eodem codice Festa Augiensia speciali nota distinguuntur, cum ad-ditione nimirum ipsius Augia nominis; sic ad festum S. Marci adscribitur Augia: Sic ad diem vigesimum Augusti habetur: Inventionis et exaltationis sanguinis Christi in Augia: Sic ad festum S. Fortunatae notatur iterum Augia: Sic denique, ut caetera, veluti Genesij, Peminij, Joannis et Pauli omniumque, die 19. Octobris habetur: Passio S. Januarii et Augia et Pinaugia: quare enim haec duo Mense jun-gentur, nisi foederis fuissent juncta: deinde adsunt aliqua MSS. jam saeculo 9. 10. et 11. a monachis Augiensibus scripta, quae tamen jam saeculo undecimo de nostrum Mense devenerunt; videbimus eodem saeculo specialem Societatem Richardi Abbatis nostri cum Henrico Augiensi monacho ab Hlermano contracto ejusdem S. Galli notatam: denique in eodem fragmento inseruntur

inseruntur *Notmannus* abbas Augiensis ad annum 972. *Wazmannus* ex monacho Augiensi Episcopus Constan-
-tensis, alijq, quos pariter verisimile est, fuisse Augi-
-enses; licet plures quoq, caeci inscripti sint, qui ut
Benefactores in Societatem bonorum operum admit-
-tebantur.

Fragmentum istud, licet posteriori Saeculo dicto (quod
insectum fuerit, quia tamen nonnulla ex praesenti Saeculo
continet, non dubito, ob connexionem hoc loco inte-
-grè adscribere. Est porro instar libri S. Gallensis in 4.
columnas divisum, sed, quod summo opere detendum,
non solum omnes prioris folij, sed et prima columna
secundi folij penitus erasa est, ubi circiter centum no-
-mina numerabantur: reliquit erasa tantum in co-
-lumna sexta quosdam, incipiendo à *Wezino* monacho,
qui proinde eodem Saeculo undecimo inscripti fuerant,
alii deniq, Saeculo duodecimo superveniens in su-
-periori vacuo columnarum posteriorum inseruit plu-
-res tam ex Saeculo 10.º quam ex duobus sequentibus
illos, quos aliunde exscripserat, hos vero, quos pra-
-sens noverat: constat porro ex Calendarijs aliorum
Mss. plerosq, Saeculo primùm undecimo viasse, in
quibus dies obitus fuit notatus, cum in libro Conscripto-
-rum plerumq, viventes notarentur. Sed parum
interest, an modo vel paulo post referantur: quod non
omnes in alijs Codicibus reperiantur, ratio esse potest,
vel ex defectu documentorum deperditorum, vel, quod
forte obitus personarum non fuerit intimatus: placuit
ex latere adnotare alia Mss. in quibus eadem nomina
eademq, persona propter temporis convenientiam
leguntur.

Fragmentum libri

Fratrum conscriptorum nostrorum.

Ex Ms. 75. fol. 2411.

NB. columna quinque priores sunt erasa

Columna 6.ª

<i>Wezin</i> Monachus.	27. Nov. Ms. 7112.
<i>Burchardus.</i>	29. Sep. C. Ms. 83 et 74.
<i>Ludovicus.</i>	25. Apr. m. Ms. 74. 2.
<i>Heinricus.</i>	9. Jan. C. Ms. 74.
<i>Herimannus.</i>	Ms. 39.
<i>Matthias.</i>	15. Jan. C. Ms. 74.
<i>Ödileicus.</i>	Ms. 17.
<i>Göta.</i>	
<i>Hademöt.</i>	
<i>Preta.</i>	6. Febr. C. Ms. 79.
<i>Ha.</i>	4. Febr. C. Ms. 83 et 74.
<i>Rögerus.</i>	
<i>Wulfheidus.</i>	
<i>Macmild.</i>	
<i>Jemingart</i>	1. Apr. C. Ms. 74.
<i>Judinta.</i>	

- Judinta. Ms. 29. in Fraternitatis consuetudine venit. 273
 - Mathilt. 16. Apr. Ms. 74.
 - Luitcaz. c. Ms. 39.
 - Nofkerus. Ms. 94. o. Nocker.
 - Waltherus. Ms. 36. Waldger diac.
 - Hadenwic. c. Ms. 29. decem. Ms. 83. et 74.
 - Berta. 29. Aug. Ms. 38.
 - Adilheit. Ms. 17. in Fraternitatis consuetudine venit cum filijs suis Ulricus, Bertoldus, et Berta.
 - Eberhart. Ms. 94. Eberhardo c. occisus.
 - Conrat. 22. Febr. c. Ms. 74. 2.
- Eadem columna Superius adscriptus
- Aenolt. 14. Martij. c. Ms. 39. et 74.
- In Superiori vacuo, manu posteriori
- Kerolt. 17. Martij c. v. Ms. 74.
 - Acili.
 - Panno.
 - Udalricus. Ms. 39.
 - Adalhartus.
 - Wipertus.
 - Granbertus.
 - Warmannus Archiepus. Constantiensis Episcopus ex Augia año 1026.
 - Adelbert. cum alijs quam plurimis Ms. 39.
 - Elinhardus.
 - Adelhart
 - Nicbertus.

Columna Septima

- Luitpertus.
 - Reginbertus.
 - Wipertus.
 - Anno.
 - Echenbaldus.
 - Aaron.
 - Gamenolfus Epus. Constantiensis año 974.
 - Rumolfus.
 - Albann.
 - Berengerus
 - Rothmannus Abbas. Augiensis año 972.
- Inferius recentiori manu
- Johanna dedit Sericum pallium. Rudolfus.
- Columna octava
- Adelgoz. 29. oct. c. o. Ms. 74. 2.
 - Thebftinus.
 - Norbertus Abbas. S. Gallensis año 1034.
 - Indican.
 - Noftein abbas. S. Blasianus año 1108.
 - Imo.
 - Antwart.
 - Ropret.
 - Sigehardus.
 - Engilscalc.
 - Nofkerus.
 - Eberhardus.
 - Sigeboto.

Omnes sunt

omnes sunt numero sexaginta quinque, inter quos insuper
 speciali nota digni sunt: Gaminolfus Epus Constantiensis,
 qui inscriptus fuit, vel ut Successor S. Conradi Administra-
 toris nostri, vel ut specialis fautor, et Confrater Augia di-
 -vitis. Nec quemquam morari debet, quod Wazmannus Archi-
 -epus vocetur, cum ex nostris etiam Mss. constet, illo aro
 novum non fuisse, Epus honoris gratia vocari Archiepiscopos
 Deinde Adelbertus Eberhardus probbler cum Adelberto Ab-
 -bate aro 992. occisus fuit; hinc enim in Mss. 39. plures in-
 -scribuntur occisi, et tandem additur: Adelbert cum alijs qua
 plurimis, quod ad illam necem se referre videtur. Deniqs
 notandus est Rustenus Abbas S. Blasianus, nullibi enim
 gentium alius hoc nomine reperitur: unde credibile Saeculo
 duodecimo restauratam fuisse amicitiam et confraternitem
 inter utrumq. Monium.

Caput V.
 Disciplina et Consuetudines
 Saeculi II. seu X.

Dubitari nequit ad initium hujus Saeculi eandem et quidem
 optimam Disciplina normam fuisse in Monio nostro obser-
 -vatam, qua a Sanctis illis institutoribus circa medium sa-
 -culi elapsi introducta fuerat in loco Sancto, prout Rhenau-
 -giam vocat Otto II. in suo diplomate: devastato drinde
 ab Hungaris Monio planum est, disciplinam quoq. eversa
 fuisse, donec a Sanctissimo Admini. ratore Conrado paulatim
 reducta, ad finem hujus saeculi aucto monachorum numero
 in integrum restitueretur.

Egredem regulam S. P. N. Benedicti jugiter observatum
 fuisse patet ex diplomatibus et Mss. coevis; nam idem
Otto II. de novo concedit facultatem Secundum Regulam
S. Benedicti eligendi Abbatem; quodejus Filius Otto II.
 ipdem verbis in suo diplomate repetit. Existat quoq. inter
 Mss. nostra ejusdem S. Patris Regula hoc eodem saeculo
 descripta, quae hunc in modum incipit: Regula apel-
 -latur ab hoc, quod obedientium dirigat motes: quam
Imaragdus Auctor saeculi noni ineditis ipsis S. Patris
 attribuit. Ceterum convenit cum nostris editionibus
 convenit, nisi in titulo Cap. 50. qui sic habet: de
Vestiaris, et alceacis Fratrum. Testa porro S. P. Be-
nediti diversimodi nostris Salendurij hujus Saeculi inscrip-
 -ta sunt: nam in Mss. 11. parte Secunda legitur ad diem 21.
 Martij, In depositione S. Benedicti: alia in Mss. ad diem
 posteriorem ponunt Translationem S. Benedicti Abbatis.

XXI.
 CII.
 XXXV.

Nihilominus votum Paupertatis non alio modo fuit
 observatum, quam in praecedenti Saeculo, ut constat ex
Theotonis donatione, quam non aliter facit, quam sub
 ea conditione, ut Wiseetus nepos ejus, qui et monachus
Rhenauqiensis (Anobij, ad necessitatem suam cedit, et
 habeat, atq. possideat, omnibus diebus vite sua, sine
 ullius contradictione: additurq. Abba, aut Monachi,
 sive aliquis de potestate eorum, impedimentum sive
 ullam aliquam laesionem intulerint, hoc ipsum ad coheredes
Theotonis cedeat: et, quod magis mirere, huius contractui
 ipse S. Conradus

ipse S. Conradus suam auctoritatem commo-
dit, ac ille ipse Monachus tam Solers Disciplinae iustus est creditus,
ut post decennium in Abbatem eligeretur. In scripta tamen
est eidem donationi obligatio, ad mensam Monachorum
singulis annis tribuendi tres modios farinae, et sex situ-
las cerevisiae, et unam vini, et duos Feischingos, sive unum
unius Sicli valentem; et post mortem ipsius profatu res
ad mensam Fratrum ipsius Monasterij redeat.

Animadvertere hic licet, Fratres potiori ex parte cerevi-
siae, quam vino fuisse usos, cum vineae necdum ad tantam
copiam excrevisset: Singularem tamen ritum primae uvae
benedicti solebant, de qua re sequentia habentur in quodam
hujus saeculi Ms: in nat. S. Xisti Epi: hac die novae
uvae sunt benedicendae, si adhuc maturae sunt, si autem
quando primum matureverint, Cellarius representat
eos Saccis, ipseque Sacerdos ad benedicendum infra
actionem ante illum locum, per quem haec omnia, ubi quog
armarius non deerit ad demonstrandum, quod Sacerdos
dicturus sit. De Feischingis quid dicam? certum est,
ea voce significari portos, unius aut durum anorum,
derivatus enim secundum Du sangium à Teutonico
Feisch-Brücken: Sed nunquid ex hoc sequitur, Mona-
chos hostes carnem porcinam manducare solitos fuisse?
res videtur admodum clara, cum eos Feischingos ad
mensam monachorum destinatos fuisse dicatur: forte
post ruinam Muzij rebus arctatis Fratres carnibus vesci
ceperunt: certe Mabillonius jam prius alicubi id
factitatum testatur: nisi dicere malis, solum pretium
Feischingorum pro mensa Fratrum inseruisse, quod in
praesenti Charta unius Sicli determinatur; Siclus porro
iuxta Du sangium duos argenteos continebat, octo ar-
gentei unum solidum aureum; ergo Siclus quartam
partem ejusdem solidi continebat.

- XIII. Ad initium hujus saeculi bene constructum fuisse Muzium
ut juxta Regulam sua necessaria adessent, colligitur
fol. 263. ex sacramentario S. Gregorij, quod sine dubio incitante hoc
saeculo pro usu Muzij nostri conscriptum fuit: in hoc ex-
hibentur orationes seu benedictiones faciendae in Sacrario,
vestiario, Refectorio, Dormitorio, Hospitali; ubi hospites
et pauperes suscipiebantur; in domo infirmorum, in cami-
nata, id est, in loco, ubi focus in camino pro fovendis à frigore
fol. 215. Fratribus aliebat, quibus benedictionibus sequens rubrica
praefigitur: Orationes in Muzio Monachorum: in alio Ms.
adduntur Benedictiones in Cellario et Coquina: in praee-
denti vero sequuntur Orationes speciales: pro Fratribus in via
fol. 154. dirigendis, pro redeuntibus ex itinere; item in adventu Fratrum
supervenientium; alia oratio ad barbas tondendas confirmat
consuetudinem in praecedenti saeculo indicatam. Verum hujus
existat effigies in alio Ms. ad finem quidem hujus saeculi, sed
pro Muzio etiam nostro conscripto, cujus barba nec prolata
est, nec ad cutem rarsa, capilli toto capite defluunt prominentes,
nisi in summo vertice, ubi rarsa major conspicitur, ad simili-
tudinem illius, quam representat effigies S. Fintani post duo
saecula depicta. Quidam

- LXXI. Quidam Codex in praefatio Paschali specialem mentionem
fol. 113. facit Abbatis omisso Antistite his verbis: et Abbate nostro
cum grege sibi commisso: an quia tunc idem Antistes et Ab-
bas erat. Conradus? Verum in Missa, quae dicitur genera-
lis, forte post aliquot annos scripta, uterque exprimitur:
fol. 511. Domnum Apostolicum, Regem, Antistitem, et Abbatem
nostrum. Nec rarum erat, pro Abbate in publicis officijs
XCVIII. preces offerre, cum et in altero Ms. habeatur specialis Mis-
sa pro Abbate, item alia, pro Congregatione; quin in ipso
etiam canone cujusdam Cisterciensis ad memento sequentia
LXXV. f. 237. verba adduntur: Dominozorum et Seniozorum nostrorum, quibus
denotari Seniores Religiosos probabile est.

Ritus in sacrificio Missae à modernis discrepantes sequen-
tibus comprehendendi possunt: duo quotidie decantabantur
LXXV. f. 109. Missae Solemnes: decantabantur, inquam, nam cum in ipsa
Missalibus adscripta sint nota Musica, patet ipsam cele-
brantem unacum Choro decantasse ea, quae modo submissa
voce solet recitare. Apologia sibi vocatur confessio ante
altare recitanda, aliter formata est, imò alia pro sacerdote,
alia pro circumstantibus habetur. Introitus vocatur An-
tiphona; tractus: Domine non secundum peccata et dice-
batur Venerus, quia quotidie, saltem in Missis de Tempore
recitabatur etiam extra quadagesimam. Post offertorium
diverse habentur formulae offerendi panem, seu hostiam
nondum consecratam: pro se ipso, pro omnibus, pro salute
unius vivi, pro infirmo etc. Praefationes plerumque specia-
les tam pro Festis, quam pro Dominicis et ferijs: sicut etiam
infra actionem, seu Hanc igitur, in canone subinde Rex, sub-
inde Imperator, subinde Antistes omittitur. Memento
secundum post elevationem interdum omnino omisum
reperitur: Agnus Dei habetur unicum, nonnunquam
duplex tantum. Post orationem Domine Jesu Christe,
qui dixisti et sequentia adduntur: Habete vinculum
pacis et caritatis, ut apti sitis sacerdotibus missae.
Oratio tertia; preceptio omittitur: Sequitur Domine
non sum dignus, et sanabitur Spiritus meus. Multae
asignantur Missae pro specialibus necessitatibus, et per-
fol. 229. sonis, ut pro monachis, pro amico, pro ipso sacerdote,
pro confidentibus etc. Publicam tamen poenitentiam
adhuc in usu fuisse, colligitur ex orationibus specialibus,
quae sub his rubricis continentur: Orationes et preces
super poenitentem confitentem peccata sua, more solito
feria quarta infra quinquagesimam. Item: Oratio ad
reconciliandum poenitentem feria V. in cana Domini.
Quaedam jejunia quatuor temporum servabantur heb-
domada prima Martij, et secunda Junij, quandoque
occurrerent.
Festum P. Fintani plerisque hujus saeculi calendarijs fuit
manu posteriori adscriptum, unico excepto Ms. LXXV.
ubi omnino apparet sub manu primæ; unde dicendum
postremis hujus saeculi annis, quibus ipse Codex exaratus
videtur, jam fuisse publice cultum, vel Fintanum jam
antea fuisse sanctum vocatum, ut ex vitæ ejus descrip-
tione erui posse videtur: certum est, hoc in calendario
omnium primo comparere. Inserta est eidem diei,
Sed manu

XCVIII.
fol. 229.

Disciplina.

fol. 243. Sed manu recentiori Saeculi undecimi Senescentis oratio:
 Propitiare Dne, qms, nobis famulis tuis per hujus S.
 Confeboris tui Findani, qui in praesenti requiescit Ecclesia,
 Adhuc deniq; aliud officium, Sed manu recentiori.
 In duobus, item, Calendarijs hujus Saeculi ad diem 31.
 Julij: Dedicatio S. Findani, manus est saltem inchoantis
 Saeculi undecimi, unde colligere licet, dum festum ipsius
 Solemniter celebrari coepit, una simul fuisse quoq; in
 loco reclusorij Sacellum ad ejus honorem dedicatum.
 Nam altaris dedicatio hujus Sancti notatur Saeculo duo-
 decimo ad diem 12. Novembris; videantur, quae de ejus
 cultu alibi fustius adduximus.

CXXX.

S. Blasius hoc primum Saeculo inter Patrones prima-
 rios reperitur adscriptus post B. V. Mariam, et S. Petrum.
 vocatur enim Monasterium in Diplomate Ottonis III. dato
 ano 995. in honore S. Blasij Martyris constructum: Sicut
 autem R. P. Geroldus male ex hoc inferet, reliquias hujus
 S. Martyris primum hoc tempore in hunc locum illatas fu-
 isse, ut constat ex vita S. Findani: ita minus bene alijs sen-
 tiant, easdem ante constructionem Monastij jam adfuisse:
 constat enim eas ipso tempore Restaurationis fuisse in vestras.
 Forte in exemplum aut emulationem ecclesiae Albae, quae tunc
 nomen S. Blasij usuepavit, idem titulus Rhenaugiae fuit
 praefatus; ejus Festum perpetuo Calendarijs nostris ad-
 scribitur, subinde litteris Majoribus: Specialiter notari
 meretur oratio ad S. Blasium, quam probabiliter S. Bla-
 siani a nostris mutuarunt, in Codice hujus Saeculi, manu
 tamen sequentis scripta in hunc modum: Dne Jesu Christe
 verus Deus noster, per orationem Servi tui Blasij festina
 in adiutorium meum: Omnipotens Deus me benedicat, et
 animam meam vivificet Jesus Christus, cor meum illumi-
 net et visitet, et Spiritus Sanctus Paracletus sensum meum
 semper declaret, et in viam rectam me dirigat. Amen.

CXI. fol. 138.

CXXI. fol. 328.

CXXI. fol. 96.

CXXXIII.

Eadem oratio etiam in alio Codice, saltem inchoata habetur.
 adeo passim erat in usu, et omnibus nota: Specialis Missa
 cum sequentia et praefatione propria de S. Blasio jam hoc
 Saeculo habebatur; sequenti vero eidem Altari dedicatum
 notatur ad 27. Nov.

CXXI.

C. fol. 92.

S. Mauritij nomen majoribus litteris Calendario praesen-
 tis Saeculi hoc modo inscriptum est: MAURICI cum alijs VI
 milia DCXVI. Martyribus p. cui assignatur etiam spe-
 cialis praefatio, imo Responsoria praefata, et Antiphona
 propria ad matutinum cum notis antiquis videri possunt
 in alio Codice ejusdem aetatis, quod ausum praebet credendi
 hoc festum Solemniter jam tunc celebratum fuisse, hunc
 Sanctum inter Patrones connumeratum, ejusq; B. Reli-
 quias praesentes fuisse. S. quoq; Januarij Festum in om-
 nibus Calendarijs nostris ponitur ad diem 19. Octobris.
 de quo habentur specialiter Hymni, propria sequentia,
 imo etiam vigilia, plura de hoc diximus Saeculo praece-
 denti. S. Petrus et Paulus in quibusdam Codicibus
 vocantur Domini nostri, utiq; ut singularae. Patroni: Sic
 ad diem 29. Junij scribitur: Papsis Dominorum nostrorum.
 Deniq; S. Martyres Felix et Regula, S. Alexander, Erentius
 et Theodorus in Calendarijs nostris specialiter notantur.
 Dedicatio

CXXV.

CXXI. fol. 106.

Dedicatio Ecclesie celebrabatur die 20. Julij, nam dies
fixus erat, nec in certam Dominicam transferebantur Dedi-
cationes. Adscribitur porro ista Solemnitas in Calendario
Sequentibus verbis: Dedicatio Alenauigiensis Monasterij:
quo nomine antiquitus vocabantur Basilicæ Monasteriales
Et hac quidem omnium prima est Dedicatio, qua reperitur
in codicibus nostris, adeoq. forsân Ecclesia primæ; nam istâ
Ecclesiam, qua saculo duodecimo erecta fuit, consecrauit
Epus Basileensis año 1114. decimo. septimo Kal. Decembris,
id est, 15. Nov. in ipso Festo S. Fintani, quo die etiam añue
recolebatur, tran: lato S. Fintani festo in diem proximam.

LXXI.

Vide Seq. Sac. C. ult.

Occurrit quidem in alio Codice: Dedicatio assumpta viq:
ad diem 16. Augusti; verum hac Dedicatio, non est Alenau-
igiensis Ecclesie, sed Augia diuitis, ut ex Martyrologijs
eruitur, ubi nominatur: Dedicatio Insule Augiensis.

XXV.

Certe B. V. Maria in omnibus Diplomatum nostris primo
loco vocatur, in Carta v. c. data año 963. sequentia addit.
In honore Beate Marie semper Virginis, et S. Petri Princi-
pis Apostolorum, ceterorumq. plurimorum. Ex quibus
constat non diminutum, sed potius auctum fuisse numerum
S. Patronorum et Reliquiarum. De sacris Reliquijs in
quodam Codice Seculi hujus inchoantis sequentia

XLIII. fol. 16.

leguntur: Hac sunt Reliquie, qua hic continentur: S. Bla-
sius Mart. et S. Hippoliti, de lapide S. Stephani, de corpore
S. Walpurgæ, de mensa Domini, et monte Synai. Simpli-
citas Patrum nostrorum in hac re magis adhuc patebit
seculis proximè sequentibus.

LXXV. fol. 88.

Ritus in Baptismo conferendo iudem seruebantur, qui
seculo precedenti, notatu tamen dignissimi. Postmodò
additur: Tunc vestiatur infans, et, si opus adest, statim
confirmari oportet; omnino eniã præcauendum est, ut
confirmatio non negligatur: et statim antequam lactetur,
comunicet eum Sacerdos corpori et sanguini Domini
Nri Jesu Christi: et si in Pascha baptizentur, omnibz
septem diebus ad Ecclesiam veniant, et quotidie commu-
nicentur corpori et sanguine Domini: cantantur Cythia
et per totam Ecclesiam cerei ad Missam accendantur.
Eadem comunicatio, et confirmatio præcipitur in alio
codice multò antiquiori, ad exordium nempe hujus sa-

XLIII. f. 151.

culi scripto: nam post Baptismum per trinam ince-
-sionem additur: comunicas et confirmas eum.

LXXV. f. 254.

sepulturarum situs; præcipue in Monasterijs sepelie-
-bantur; unde in Cythia ad initium hujus seculi

LXXI. f. 491.

scripta exprimitur: quorum corpora in hoc Munio re-
quiescunt: Idem reperitur post medium hujus seculi in
alio codice, quod præcipue intelligendum de Benefacto-
ribz, qui sepulturas in Munijs eligebant; imò paulò
post specialis Missa describitur pro elemosinarijs,
id est, ut ex sequentijs colligitur, qui elemosinas aut
donationes Munio fecerunt.

f. 536.

Caput VI.

Capit VI.
Manuscripta Saeculi Secundi
Seu Decimi.

Licet praesenti Saeculo Anzium nostrum alteri devasta-
-tioni pane succubuerit, non desunt tamen monumenta,
- non solum post illam ruinam, sed etiam ante conscripta.
- Reperit enim Hungarorum vastationes incolas red-
- ditere cautiore, ut pretiosa quaeq, et quae plucis esti-
- mabant, in loca tuta collocarent, quibus diutius deti-
- neri se illi praedones passi non fuerant. Quapropter
- sicut Codices S. Gallenses in Anzio Augiensis fuerit ser-
- vati, ita nostri quoq, vel ibi, vel alio in loco manserunt
- illasi. Nos modo singillatim recensere libet; ex quibus
- licet hactenus jam thucta fuerint excerpta, restant in
- aliqua de singulis notanda, quae simul Patrum nostror-
- -um studia labores et occupationes demonstrabunt.

I. Ms. XLIII.

S. Gregorij Papae, Liber Sacramentorum, et qualiter
- Missa Romana celebretur. Codex est maxime astimandus,
- nec facile aliorum Bibliothecarum similibus
- sacramentarijs postponendus, quae plerumq, haud
- modice inter se discrepant. Hic idem Codex, licet
- plerumq, ex Liturgia S. Gregorij contineat, multas tamen
- additiones habet, et ad usum Monachorum, et quidem, ut
- videtur, Rhodoviensium accomodatus est. Ad exordium
- praesentis Saeculi scriptum fuisse, non solum character
- indicat, sed multo evidentius etiam Missa in festa pro
- Rege, in qua bis nomen Aludovici exprimitur; cum
- etiam nullus alius deinceps Ludovicus Rex, in historia
- occurrat, praeter Arnolphi filium, fratrem Ewendeboldi
- Costazingio Ducis, qui Patri anno 900. successit, mor-
- tuus anno 911. et communiter Infans cognominatus, ne-
- cesse est, ad minimum hoc initiante Saeculo scriptum
- fuisse Codicem; In oratione pro feria Sexta Parasceves
- Jo Francorum manu posteriori fuit erasum, et substiti-
- -tutum Jo Christianorum, quod sine dubio sub Ottonibus
- factum, quando Francorum, Germanorumq, regna me-
- -lius fuere distincta; alio tamen loco, nomen Romanorum
- fuit retentum, in Missa nimirum contra Romani nomi-
- nis hostes. Notari quoq, meretur, quod in Missis de-
- -functorum adhibeantur lectiones moderna ex libris
- Machabeorum, quos proinde etiam tunc pro legitimis
- agnoscebant.

2. Ms. XII.

Codex inter maximos pulcherrime scriptus continet
- homilias seu expositiones Evangelicorum et Epistolarum
- a Nativitate Dni usq, ad Pascha, sine dubio pro
- apostatus, licet lectiones admodum sint prolixae, uti in
- hyeme esse consueverant; author adhucdum ignoratur,
- Suntq,

fol. 205.

fol. 220.

fol. 323.

Suntq; probabiliter inedite, si paucas excipias, quae ex S. Hieronymo sumptae nominantur Authenticae. Describere placet, hanc benignam pro penitentibus auctoritatis sententiam: „si Sacerdotes confitentibus peccata sua grave pondus penitentiae imponant, necesse est, ut aut penitentiam rejiciant, aut certe suscipientes, dum scire non possunt facti et desperati peccent, melius est enim Sacerdotibus in misericordia, quam in crudelitate excedere. In fine libri, Sed posteriori manu si versus leguntur: Uve florens rosa, Mater Domini Speciosa; Ille liber Rinaugiensis, Sive servulus Omnipotentis. Ceterum Character evidenter probat saeculum decimum, licet subinde auctor lectorem remittat ad Smaragdum, qui saeculo precedenti ineunte floruit.

3. Ms. XLVII.

Libre Sententiarum S. Iudori Epi Hispanensis, de summo bono, utilissimus simul ac doctissimus in quarto integre scriptus, iam quidem typis vulgatus; sed Exemplare istud in pluribus discrepat ab impressis, et ideo tanto magis praefereendum. In fronte legitur sequens versus: Continet in gremio caelum terramq; regentem Virgo Dei Genitrix.

4. Ms. L.

Iusti Vegetiani Commentarii in Cantica elegantissime exarata hoc eodem saeculo; quamvis Hymni, qui adduntur, forte ad initium sequentis pertineant. Homilia tamen Originis, et nonnulli Patrum Sermones, postremo loco additi plane procedentem iam saeculum sapient, videtur fuisse Augusti divitis, habetur enim ad calcem iste versus: Augusti Sancti Servatur libera rerum, Liber sit Liber hic nobis servandus iste.

5. Ms. CXI.

LXXXII.

LXXXIII.

Regula S. P. N. Benedicti in Octavo, cum elencho capituli ex integro perscripta, quamvis priora folia Prologum exhibentia nonnullam temporis injuriam sint passa: Character evidenter est saeculi decimi; quod de Hymnis pariter videtur sentiendum, qui in altera voluminis parte adduntur, et plerumq; a modernis discrepant, nec facile nisi in nostris Codicibus reperiuntur.

6. Ms. CXX.

Venerabilis Bedae Liber de arte metrica, in Octavo, de se quidem eruditus, sed in hoc Ms. mancus, cum medietas fere libri ab initio desit, ut videre est impresso Coloniae, Idem contigit secundae parti hujus Codicis, quae continet Schemata seu tropos S. Perisoturae ab eodem Sancto ad Wijnbertum Revitam compositos. 7. Ms. C.

Rhabani Mauri expositio in libros Machabaeorum, qui in hoc Ms. in tres dividuntur, cum in Vulgata tantum in duos dispartiantur: ceterum, cum hic Codex indubitanter sit exaratus hoc saeculo, haud multo posterior est ipso auctore, post medietatem precedentis desuncto.

8. Ms.

Manuscripta.

8. Ms. XLIX.

Liber Epistolarum S. Hieronymi ad diversos in Quarto, haud parvi aestimandus, cum ab editis plurimum discrepet, auctoritate tamen alios ob antiquitatem superet.

9. Ms. XVII.

Liber Evangeliorum in parte anteriori opere musivo eodem saeculo decimo tectus. Cuprum inauratum plures tenet gemas, rosas, aliaq. ornamenta et vitreo splendore diversis coloribus distincta. In quatuor angulis Evangelistarum habet Simbolum; in medio figura Christi Dni dextera benedicens, sinistra librum elevans, coronam gestat in capite, amictus est roya viridi, pallio violaceo. Eius Schema castat in fronte huius saeculi. Ceterum Evangelia Missis assignata multo sunt prolixiora modernis. In Evangelio prima Missa Nativitatis Domini, pergitur distincto lamen rubro in illis verbis: Christi autem generatio sic fuit, quae altius a Diacono legebatur. Laude illum jugiter vocatur feria Septima. In Romina Palmazum Passioni adduntur nota Musica, sed manu saeculi undecimi. In Nativitate B. V. ponitur Evangelium Visitationis. Sub initium manu sequentis saeculi sequentia fuerunt addita: In Featernitatis consortium venerunt Hilthiburg, Cunrat, Hiri, et Hariz, Judintha, Adelhart cum tribus filijs suis, Uricus; non vero Uericus, ut quidam legerunt. Bertoldus et Beeta. qui postremi distincti videntur a filijs Adelhardis, cum in recto efferantur.

10. Ms. CII.

Liber S. Augustini ad Petrum Diaconum de fide S. Trinitatis cum quibusdam oppusculis S. Hieronymi, Ildori, Bedae, Rhabani, Rem Albini, seu Alcuini Magistri de S. Trinitate per quibus plura videntur inedita. Codex est praecellens, licet diversa manu, ex integro tamen saeculo decimo scriptus; insertum habet Martyrologium seu Calendarium, in quo festa S. P. Benedicti, ejusq. Translatio, S. Scholastica, S. Blasij, B. Mauritiij et Januarij leguntur. Testum S. Udalrici posterius manus adscripsit, sed S. Trinitati deest, utpote recentius ipso codice.

fol. 87.

11. Ms. LXXXI.

Aliquot vite Sanctorum, quarum pleraq. a Bolandianis ex hoc, vel simili codice jam fuerunt edita: certum est equidem, hunc codicem a monachis Angiae divitiis fuisse scriptum, ut patet ex quadam rubrica, quae sic sonat: qualliter corpora S. Januarij et Sociorum ad nos, id est, Angiam Insulam delata sint. Nihilominus aequae expeditum videtur, sequenti jam saeculo ad nostram Aethi Insulam delatum fuisse, uti adjuncta ad calcem demonstrant, quae continent authenticum donationis Instrumentum quorundam bonorum in Aethia Muzio nostro facta. Ceterum fere oia scripta sunt presenti saeculo decimo, excepta vita S. Sursei, quae jam saeculi noni characterem exprimit. Multa quidem sunt apocrypha, quaedam tamen satis aestimanda, ut, vita S. Teodegarij, S. Verena Virginis, quae Martyris titulum in nostris Calendarijs nondum habet; praecipue vero vita S. Meinradi a coevo Constatre composita, et a Suppari in hoc codice descripta. Forte ob considerationem ac propter historiam S. Januarij, ejusq. Translationem, de qua jam semel superiori saeculo egimus, nobis fuit saeculo undecimo comunicata.

fol. 205.

fol. 352.

fol. 297.

329.

192.

12. Ms.

fol. 113.

fol. 372.
322.

568.

fol. 109.

Codex est tripartitus, continens Cyturgias diversas trium
 Saeculorum; Pars altera reliquis vetustior est, et ab
 dubio Saeculi decimi; id enim tum indicat character, tum
 defectus quorundam Festorum, quae posterioribus omnino
 inseruntur, praesertim S. Odalrici, quod statim ab anno
 Sanctificationis 993. usque in Germania celebratum
 fuit. Festum quoque S. Fundani nondum habet. In Pro-
 mio Pascale haec habentur: Et gloriosissimo Rege Ro-
 ejuoque nobilissima prole: ex quibus verbis suspicari
 licet, scriptum fuisse hunc codicem sub Thone M. cui
 nullus alius hoc saeculo occurrit, in quo utrumque veri-
 ficetur, et Regis videlicet titulus, et adjunctio proles.
 Si dicas, fieri simul mentionem Abbatis, qui sub illo
 nullus praefuit Munia, respondeo, sicut supra dixi:
 his verbis probabiliter intelligi S. Ouzadum, cum ibi
 nomen Antistitis omititur. Festum B. Trinitatis in hac
 parte omititur; sed habetur Festum divi Petri ad
 In Festo S. Joan. Baptistae duo assignantur Missae, quae
 a singulis sacerdotibus leguntur: continet denique
 Missam decantatam S. Sigismundi Regis pro febricitanti-
 bus, plurimis miraculis assectam.
 Pars prima hujus codicis pertinet ad finem hujus Sa-
 culi, aut ad initium subsequenti: habet in calendario
 Festum S. Odalrici, et etiam S. Fundani, et ceteris quaedam
 majusculis, atque ut videtur ceteris; Symbolum, ut ibi
 vocatur Apostolorum in Missa cum additione Filio-
 rum, jam recitabatur, contra quorundam Criticorum opini-
 onem. In Missa Dominica Septuagesimae legitur se-
 quentia, quae dependebat ut Solemniter Alleluja, cum
 crebra repetitione ejusdem vocis: haec iam pridie
 expiravit. Remum plurimae adduntur Sequentiae satis
 notabiles; licet enim per multa ex Neogeo S. Gallensi
 descriptae sint, aliae tamen nec ibi nec alibi reperiuntur.
 Pars denique tertia hujus codicis spectat ad saeculum 13.

Revereri Sulspity libri dialogorum de vita et gestis
 S. Martini et Beati Episcoporum Turonensium.
 In fine adduntur variae inscriptiones de S. Martino
 Turonis asinae. Liber est optimae notae presentis sa-
 culi decimi. Reliqua videntur in ejus ceteris et
 anatomia, quam super manu scripta facit A. R.
 Collega meus.

Schoppelin to. 1
h. 1. fol. 185.

Liber Hymnorum, Cantuum, Orationum, Lctionum
 brevium & cum regulis conficiendi calendarium.
 Scribitur fuisse hunc codicem ad finem hujus Saeculi.
 prodit sequens versiculus in hymno de S. Georgio:
 cujus sacra Cypriana Felix solet Germania in
 lense vertice monachici servimine. Jam vero cum in-
 tius non feterit, quam ab anno 900. usque ad an. 1005.
 quo ad oppidum Aein translatum fuit, monachici
 servimine.

Levantine, seu Levitio coli vix ibi poterant sacra illa
 Eypsiaca, quam circa tempus assignatum; fatendum tu
 est, hunc codicem non pro Rhenaugienfi, sed Campido-
 nensi Muzio primitus scriptum fuisse, veluti ex con-
 tentis patet; unde ad diem 18. April. in Calendario ad-
 scribitur: Campidona ardet, scilicet ab Hungaris incensa
anno 919. Porro Durhardus monachus Campidonensis
 factus Abbas Rhenovienfis probabiliter eundem Codicem
 ad initium sequentis Saeculi Muzio nostro intulit: et
 hinc est, quod in Calendario mira confusione tam eadem
 quam diversa manu adscripti reperiuntur tam Campi-
 donenses, quam Rhenovienfes; imo etiam aliorum Mo-
 nasteriorum defuncti, veluti, Venerabilis Wilhelmus Ab-
 bas Hirsaugiensis, quidam etiam ad Saeculum usq. 13. un-
 quousq. Sane istius Codicis ab Muzio nostro adventus
 dissecti nullatenus potest; tum, quia Rhenovienfes pleriq;
 et forte omnes, qui hic reperiuntur, iam Saeculo undecimo
 exierunt, tum, quia Festum S. Findani, ejusq. Dedicatio
 ad diem 21. Julij Superioris avi characterem spirant;
 ut, nisi casu nota retur, plane videretur corruptus. Inse-
 tus est huic Codici Cyclus Saecularis circa medium unde-
 cimi Saeculi compositus; cui alias deinde Saeculo dua-
 decimo adiecit sequentia, nimirum ad annum 1118. hic
 natus sum; ad annum 1128. hic oppugoratus est Rudolfo
 mansus apud Truttinckorra quarto idus februarii, post de-
 cem annos decem talentis solvendus: ad annum 1141. hic
 Presbyteratus ordinem gratia Dei accepi. Ad annum 1145.
 hic praefita est decima apud Achenburc Confrido W. mo-
 nacho, et Tolgendo, filioy ejus Conrado ejusq. filio ...
 laicis pro restauranda eccle, qua concessa est pro 32.
 talentis; quae, quantum intelligenda sint? suo loco vide-
 bimus. Interim notandum est, hunc ipsum interpola-
 torem scripsisse quadam nomina in Calendarium. V. g.
 Wolvenum hominum et Restauratorem Rhenaugie:
 ex quo evidens est, et hanc manum fuisse Rhenovienfes,
 et hunc Codicem ante Saeculum duodecimum jam fuisse
 Rhenovij.

15. Ms. LXXV.

Prima pars hujus Codicis continet Missale praetiarum
 pro Muzio nostro ab aliquo ejus monacho descriptum,
 ut probant festa inserta, praesertim Dedicatiois Eccle
 Rhenaugienfis. S. Findanus exprimitur litteris majus-
 culis, et ut videtur, corvis; ex quo probabile redditur,
 ejus festum postremis annis hujus Saeculi jam fuisse cele-
 bratum. Nam Codicem hunc circa finem Saeculi decimi
 exaratum esse, praeter characterem probat nomen Heinri-
 ci, in margine adscriptum in Praetorio Paschali ad illa
 verba: Et gloriosissimo Rege nostro R. Evidens enim est,
 posteriolem Sancto Henrico intelligi non posse, cujus
 regni initium cum contigerit anno 1002. Sequitur ante
 hunc annum Codicem jam fuisse scriptum. Deinde patet ex
 Calendario, tunc maxime viguisse inter nostrum et S. galli
 Muzium confederationem; atqui Saeculo undecimo haec
 quasi sopita erat, cum nullus nostrum ex illo Saeculo repe-
 riatur.

riatur Cathalago S. Gallensi adscriptus; ad finem vero saculi presentis, maxime sub Notkero Abbate eam floruisse constat, ergo tunc, nec serius exaratus fuit iste Codex. Praeterea nomina Mensium Teotisca ex Calendario presenti adscribere.

Waldianus fol. 65.
in sequenti b9 distat;
Wintar manoth.

Januarius	vocatur	Paermanot.
Februarius		Hornunc.
Martius		Lencimanot.
Aprilis		Oftermanot.
Majus		Wunneinanot.
Junius		Prachmanot.
Julius	non habet nomen	adscriptum.
Augustus		Armanot.
September		Witmanot.
October		Windemanot.
November		Helicmanot.
December		Wintermanot.

Hewimanoth.

Herivistmanoth.
Heilingmanoth.

Pars altera hujus Codicis ad summum pertinet ad Saculum 19^o 10. Ms. XXV.

Clementis Recognitionum Libri 10. ad Jacobum Fratrem Dni. Item ejusdem Epistola ad eundem interprete Rufino Torritano Aquilejense. Codex est eleganter scriptus, et quidem ab 9^o duobus jam saculo presentis decimo: verum ob excisa hinc inde folia subrida mancus. Opus jam editum fuit Basilea, et existit in Bibliotheca nostra. Disputatur inter doctos, an sit opus genuinum Clementis? doctiores existimant apocryphum ob contenta comica, et veritati Historicae non convenientia, maxime si idem Liber sit cum itinerario Clementis haecenus desiderato, quod tamen verisimile.

17. Ms. XXXII.

Continet tres partes, quarum prima et tertia sub initium hujus saculi videtur scripta, secunda vero saltem ad finem. Prima pars exhibet homilias S. Patrum de Tempore, et Gestis. Secunda est specialis lucubratio non inelegans cujusdam Anonymi in Epistolas Sibyllas per annum, forsitan nondum edita. Tertia complectitur Sermones S. Leonis PP. de Passione Domini.

18. Ms. XXXV.

S. Gregorij Pastorale, nonnihil mancum, ut conserenti cum impressis patebit; ceterum Codex non ineleganter est scriptus, et quidem sub initium Decimi Saculi, si non omnino jam saculo nono, licet censura Palmeti alibi sonet. Notari merentur in hoc Ms. interpretationes Teutonice multis verbis adscripta, et quidem sub eadem manu, qua similia adscripsit Codici sub N. 50. aliqua cum moderna dialecto convenientia apponere jubat: „Delinquens, misbetuente: obstaculum, Widid sendido: dedecus, honedo: sedare, gestilta: absolutus, enbunten: fascinare, peccal teofa: alterius, andero: etiam, ouc: Improvisus, unforgez: Doctus, Wisser o sentare, quomen: integer, alang: esse, ezhepfen bona, quot: fictum, lugi: excedo, spendo: Pius, ire: edifico, Rimbere: libimet, Selbero: Lux, lichte manus, Henue: opes, dictoma: Improbitas, ubeli: culex, mucun. et.

19. Ms.

19. Ms. LI.

Homilia diversorum Patrum, quae ut plurimum in collectione Aluini reperiuntur: pro libro in servisse domantur divisiones in lectiones, ad marginem, non raro apposite. Scriptum fuisse hunc codicem ad initium saeculi decimi, character ipse evidenter prodit, quin imo scriptor ipse ad finem, raro exemplo, nomen suum adposuit, dum ista subiecit: orate pro scriptorem N. Quod prope. *Salvum fac servum. mitte ei auxilium. Dominus conservet eum. in adiutorium sit illi omnipotens et misericors Dominus, et omnes sancti Dei: cum porro ad initium huius saeculi vixerit Rupertus Abbas, conjectura facili: extitit, eum ipsum fuisse huius codicis scriptorem, praeposuisse vero notam nominis cujuscumque per litteram N. quod forte eadem orationes pro Abbate dici consueverint: credibile est, Rupertum sui operis conservatorem Hungarorum manibus subduxisse codicem. Ad finem huius libri, alius libellus adiectus est, qui continet sermones quosdam S. Augustini, de Dedicatione Templi aut altaris, atque pariter praesenti saeculo exaratum fuisse ex characteribus dignoscitur.*

20. Ms. CCI.

Libri quatuor Evangeliorum, quos ipse character saeculo decimo vindicat. capita sunt breviora, ac proinde plura; in margine signatur concordia Evangelistarum. ultimum Evangelium hinc praefert titulum. In nomine Dni Nostri Jesu Christi incipit Evangelium secundum Theologum Apostolum Joannem. Ad calcem conspicitur effigies Presbyteri, probabiliter scriptoris huius libri monachi nostri, calamo ruditer delineata. Tonsuram in summo vertice gestam capillis circumdatam, casula ampla ex humeris defluit. Ocipiam huius habes ad finem huius tomi: adscribuntur huic imagini sequentes versus:

Hoc tibi dat munus Deus omnipotens Hademaruz,
cui peccatorum veniam concede Suorum
Nostri plasmator, cali terrarq; Creator.
Hoc lector posces, si propria crimina nosces.

21. Ms. XLV.

Angeloni Monachi et Dinconi Luxoviensis Commentarius in Canticum Canticorum, cum dedicatione ad Cuiusdam Imperatorem, qua praefationi hic interposita est. Opus est integrum, sed jam editum in To. 15. Bibliotheca Patrum: folio ultimo adijcitur oratio moderna in fe 30 S. Benedicti recitari solita. Interponitur fol. 185. Sed character Junii saeculi decimi tertij aut quarti: sermo de Parasceve Dni sicut et explicatio caeremoniarum in Triduo ante Pascha, alio quidem calamo, sed pariter juniori.

22. Ms. LXXIV.

S. Gregorij Papae Homiliarum in Evangelia libri duo. In servisse pro lectionibus in choro indicant numeri marginales, pro cujus comodo sub initium praefigitur Plenitudo Evangeliorum, et Homiliarum.

23. Ms. CXXVII.

Libri quinq; Sedulij Presbyteri Scoti, in quibus carmen suum Paschale prosa reddit. Character est initiantis saeculi decimi; liber vero integre scriptus, sed jam To. 6to Bibl. Patrum editus. Praenotatur singulis partibus cum praefatione.

-fatione Ctenchus capitum. In primo folio exhibetur minuo
 caractere oratio, seu precatio Teutonice. Satis prolixa,
 quam cum alijs ejusmodi Teutice lingue Speciminibus in
 unum volumen describere consultum foret, rara enim sunt, cum
 nec ipsa Diplomata, ante finem Saeculi tertij. supra decimum
 eo se mane exarata fuisse constet. Paucissima, eaq; magis in-
 -telligibilia ex memorata precatone adscribere juvat: O Rex
 Angelorum! nu scholt tu mich i storin, dur dñe Waz in teiuwe,
 als du vernam dine diwe mariam unde martham, die umbe
 dich izdigiton, das iz brudiz Lazarus ghenas, der dreie nathe
 begraben was, und di du in isse ufflen vroliche dane gen. in
 denselben namin bit ich dich, Das du gelib hastos mich, und
 di gamiz verstande allee miniz Sunden, dur dini heiligen
 toth, den du dur un sis noth an dem cruce iz sturbe, do du
 die mitte izwbe, das du die dine alle Costos von der helle.
 dur die Selbun losunge bitst dich min Zunge, das du iz-
 -loseh mine sele genadlichlicher herze, dur dine gottlichun
 crafft, undi dur das heilige grab, da din licham inne lach.
 Permiscetur subinde quaedam Latina verba, ut hodie vulgari
 moris est. Adducuntur historia verum puerorum, sancti-
 -tis et mulieris adultera. Deniq; finis hujus precatio-
 -nis in ultimo hujus codicis folio adscribitur, ubi et
 Missa de S. Sigismundo, sed recentiori calamo invenit.

24. Ms. XCIV.

S. Ambrosij libri tres de officijs perbellè ex integro
 prescripti. Notas subinde adjectas habent, quae in edi-
 -tis desunt; sicut et tituli ac divisiones aptum saepe
 aliter exhibentur.

25. Ms. CXXXI.

+ Aenulfum

Exempla diversarum Chartarum et Epistolarum ex
 diversis Chartis Originalibus transscripta. Hunc Codicem
 mole quidem parvum, sed pretio maximum, non una manus
 sed saeculo decimo conscripsit, licet subinde, exempli causa
 diversi anni et priores et posteriores adscribantur. Impé-
 -ratores nulli alij occurrunt praeter Ludovicum Primum, Arnol-
 -phum et Raesum, et Ludovicum Germaniae Regem.
 Pars prior, quae usq; ad paginam 42. se extendit, Scripta
 probabiliter est aut ab Hademaro Presbytero, de quo
 supra n. 20. aut à Cusperto monacho Cancellario, qui
 Chartam Gotberti a. 892. exaravit, Scriptura enim ad
 finem Saeculi noni pertinere potest. Folio 12. habetur
 Instructio: qualiter debeat Epistola formata fieri: ex
 praescripto Concilij Niceni; cui subjungitur Tabula lit-
 -terarum graecarum numeralium cum explanatione la-
 -tina. Formulae Chartarum sunt: Traditionis, Preca-
 -riae, Concombij, Reconciliationis seu Transactionis,
 Comendationis, notitiarum, Dotis, Concessionis, Regalis,
 seu Diplomatum et. à folio 57. incipiunt Epistola
 quaedam hactenus incognita Thiatildis Abbatisse Mon-
 -astij S. Romarici, duae ad Ludovicum Primum, una ad
 Juditham ejus conjugem, et postrema ad quemdam
 Comitem Palatinum. Hanc Abbatisam Buzemon-
 -tensem plane ignoravit etiam Mabillonius: p. 426.
 fo. 1.

Manuscripta

to. 1. communicavi eas nostris PP. Congregationis S. Mauri, qui novae Galliae Christianae in Prædicatione promiserunt. Postremo à fol. 85. adduntur duæ Epistolæ, quarum Romanæ dedit idem Mabillonius to. 3. Annot. fol. 213. affirmans: esse duas ultimas inter formulas Asiaticas, quæ pro adjumento Historiæ Typis editæ fuerunt. Veniq. fol. 91. et 94. habentur duæ Epistolæ ad Summum Pontificem, quarum prior ad Hadrianum Secundum, qui præfuit a. 867. videntur pariter cum cæteris formulis ineditæ. Goldastus quasdam formulas S. Gallenses edidit, sed cum istis non conveniunt. Exemplum hujusmodi transmissum fuit Bernardo Pezro, quod tamen inter ejus impressa non reperitur: ratio forte fuit, quod ætas illius ad seculum usq. decimum quartum aut quintum depressa fuerit, cum tamen certo constat, characteres esse seculo decimo nullatenus juniores. Non solum pro illustranda Diplomática, sed etiam Historiâ, præsertim quoad ultimam partem, plurimum de servare potest. In ultima epistola citantur plures Decretales Summorum Pontificum, quæ proinde illo ævo pro genuinis habita sunt. Bernardus Pezrus to. 6. Anecdotorum fol. 86. offert Formam ex seculo nono Ruodberti Epi. Metensis, quæ secundum præscriptum hujus Ms. præfixos habet numeros ex litteris Græcis compositos.

... primo folio exhibetur
Teutonice. Satis præ
fiska lingua. Solum
tum follet, ratio enim
saculi testij supra d
t. Paucissima, eaq. ma
ome adscribere jurat:
horin, aut alne wair
iam unde martham die
horus ghenos, der die
ufflen vroliche dane
du getis ha nos n
huden, dar dini be
dem cruce is suabe
ade. Costos von der
hich min dunge, do
herre, dus dene ip
ad, da din Cicham i
m latina verba, ut l
ria teum pueroran
denig, finis hujus
folio adscribitur, ub
recentiori calamo
p. 3214.
... officijs per bellu
... adjectas habent, qu
... divisiones apitua
p. 3331.
... partium et di
... manuscripta. Non
... is maximum, non
... licet subinde, ex
... riores adscribantur
... ete. Ludovicum P
... icum Germania. S
... inam 142. se exen
... temaro Presbyte
... monacho Carce
... avaris, scriptu
... potest. Folio 12. l
... folio firmata
... ni subjungitur. In
... tum ampliat
... sunt: Traditioni
... hionis seu Teu
... Colis, concessio
... o 37. incipiant
... Thiasitidis M
... avicum P
... no scena ad qu
... adscribam
... im. Ma

288

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

1700
1701
1702
1703
1704
1705
1706
1707
1708
1709
1710
1711
1712
1713
1714
1715
1716
1717
1718
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800

Amadrysi
Lionel
Lionel

Amadrysi
Lionel
Lionel

Amadrysi
Lionel
Lionel

Amadrysi
Lionel
Lionel

Amadrysi
Lionel
Lionel

Amadrysi
Lionel
Lionel

Amadrysi
Lionel
Lionel

Amadrysi
Lionel
Lionel